animadverteret in quale barathrum Magister ipsius conjecisset, ingenti lapide arrepto, letifero ~~[illegible]~~ ictu ~~[illegible]~~ eundem feriens miserum hominem ~~[illegible]~~ misero modo ~~[illegible]~~ abstulit. Postea et reliqua turba idem opus aggressa, cadaver acervo lapidum tegebant. Unde ~~[illegible]~~ hodieque illa locus acervi nomen retinet.

Ceterum, qui Ecclesiae informandae caussa traditi erant, ~~[illegible]~~ tantum abest ut vere converterentur, ut maxima pars potius maneret inemendabilis. Ipse quoque Simeon ille miser, ~~cum~~ imperitus salutiferae doctrinae, et mente praeterea levis, ~~[illegible]~~ ac fit decipi facilis, cum multos inspiceret in re et dogmate bonus impiorum, pro eo, quod per ipsum ad sanctiores mentes alii adducendi essent, ipse in illorum perniciosam religionem incidit. Expeditis igitur iis, de quibus diximus, ~~[illegible]~~ ad Imperatorem, qui ipsum huc miserat, reversus per tres annos angorem in sinu fovens et celans, qui casuistis quasi intestinis jam ~~[illegible]~~ eruptionem moliebatur, clam ab Imperatrice discedit; et Cibossam, (cujus supra meminimus) se conferens, Constantini familiares ibi convocat, quem ex Imperatoris mandato ipse interfecerat. Atque ita se magistrum foedissimae sectae ipse constituit, moresque Antecessoris aemulatus, verbis suum nomen in Titi transmutavit. Cum autem tres annos in hac dementia exegisset, multosque a vera pietatis doctrina sacrilegi abduxisset, captus in medio cursu, ignis supplicio ~~[illegible]~~ tandem periit. Sed et ipsum, et plures alios, qui ex ejus disciplina desipere didicerant, sustulit ineluctabile fatum. Justus enim, cujus supra meminimus et —

Simeon ipse deinde in Silvani locum succedit, ac fit Titus.

Supplicium dat flammis.

cujus

&c. resipiscere nolebant,